UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Tertia pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Visual Library

hibetur et paſſionibus eī̄ īordinatis ſe fecit alienū· ſicut patet
10, cōfeſ· Item legē impleuit in conſiliis ſeruādo pauptatem: de/
dit eī̄ omnia que habuit in cōi· vnde moriens teſtamentū nō
fecit· quia meorins paup xp̄i non habuit vnde faceret. ſeruauit
caſtitatem ita vt oēm occaſionem peccādi prohibuerit ſeruauit
obedientiā vitam tenens regularem· Itē impleuit legem expo/
ſitionibꝰ ꝛ dclaratōibꝰ· q̄ tot ſūt et tāte· vt nō ſolū ipleāt· ſed et
ſupeffluant. non enim ſufficiunt tempa ipſius dicta legere· iux=
ta illud. mētitur qui te totū legiſſe fatetur· Eccl'· 24· implet q̄ſi
phyſon ſapientiā· et adimplet quaſi eufrates ſenſum. qui mul
tiplicat quaſi iordanis in tpe meſſis· Item legem impleuit cari=
tatem tenens· 9· confeſ· et ſagitaſti cor meum caritate tua. et ac/
cendiſti me valide· et 10· li· 28. fragraſti mihi et duxi ſpiritū ꝛ
anhelo tibi· guſtaui. et eſurio et ſitio· tetigiſti me et exarſi in pa/
cem tuam· ¶ Scdo ponitur q̄ hec ſacra doctrina cōtine/
at infallibilem veritatem: amen quippe: id eſt vere vel fideliter:
dico vobis: doctoribus: donec tranſeat celum et terra· non eniz
arbitramur dicit bea. Hillariꝰ epus celum ꝛ terraz maxima cor/
pora eſſe ſoluenda. vnde ſm Remigium pmanebunt eſſentiali/
ter et tranſibunt p renouationem: Iota vnuz: Iota ſm Aug.
minor eſt ceteris literis grecis· quia fit vno ſolo tractu· iota vero
litera eſt hebrea: aut vnus apex· apex litera non eſt ſed diſtincti=
o· ſicut apud nos punctus. aut tractus aliquis. non preteribit
a lege· ecce quanta firmitas diuine legis. que tunc non preteri/
bunt: donec omnia fiant: omnia quidem legis dicta cōplenda
ſunt ſm verum eorum intellectum. ex quo apparet qualis debe/
at eſſe doctor eccleſiaſticus· quia enim ſcriptura ſic eſt īfallibilis
ideo debet eſſe ſolidus non fluctuans omni vento doctrine· Itez
quia ſcriptura etiaz in minimis cōplebitur· ideo quicquid eſt ip/
ſius ſcripture docendum et conſiderandum eſt· vnde hec ſcriptu/
ra ſac ſufficientiſſimū habuit doctorem bea· Aug· fuit namqꝫ con/
ſtans in doctrina eius· 11. confeſ· 32· ſtabo atqꝫ ſolidabor in te in
veritate tua. nec patiar queſtiones hominum· credidi enim libꝭ
tuis et verba eoꝝ archana valde· vt dicit 12. li· 10· et de ħ 13·
li. 15· Itez ipſius ſcripture fuit reuerens ꝛ deuotus doctor nihil
de ſuo preſumptuoſe volens ipſi ſcripturē miſcere: vt apparet p/
totum· 12· li· cōfeſ· ꝛc. ¶

Tercia pars·

Ertio cum dicitur· Qui ergo ſoluit ꝛc· tangit premiū
doctorum· et duo facit· primo denūciat quid ſint paſ
ſuri falſi doctores· ſi enim ſacra ſcriptura tante ē auctoi/
tatis· vt donec celuz aut terra tranſeant· etiā minima

ipſius a lege non pretereant: ɔſequens eſt. q̇ ergo ſoluerit vnū
de mandatis iſtis minimis: opere non adiplendo: et docuerit
ſic homines: exemplo ſui aut verbo. Et nota ꝙ p̄cepta minima
poſſunt intelligi. 10. mandata legis. q̄ cū ſint principia agibiliū
mīma dicuntur. ſicut principia. que q̄titate ſunt pua. et virtute
maxima. alio modo mīma precepta ſunt ea que tanq̄ ſecundaria
et ɔcluſiones deriuantur a primis. 3° modo mīma mandata in
telliguntur. ea q̄ p xp̄m addita ſunt in p̄dicatione euangelica: q̄
etiam ſuperius nomine iota et apicis voluit intelligi: que rōne
quadruplici minima dici poſſunt. primo propter humilitatē cri/
ſti ea dantis. ſcd̄o reputatione iudeoꝝ. 3° quia eoꝝ ſolutio mi-
noris eſt culpe. minus em̄ eſt iraſci vel cōcupiſcere. q̄ occidere vl'
adulterari. 4°. quia ad ipſa ſtat vltima r̄ſolutio p̄ceptoꝝ diuine
legis. tale autē minimū eſt poſita culpa falſi doctoris. infert pe
nam: mīm9 vocabitur in regno celoꝝ D Et nōꝙ regnū ce/
lorum tria ſignificat. ſcilicet vitam eternā in qua nullus poteſt
eſſe minimus. vt dicit Aug qui ergo minimus ibi vocatur nul/
lomodo ibi vocatur. ſoluens ergo minima criſti precepta mini-
mus vocatur in regno celorum. vbi cum nullus poſſit eſſe mini-
mus. nullus talis regnum celorū ingreditur vnde poteſt expo/
ni minim9 pro minime. quia minime talis ibi vocatur: et eſt ſi-
milis modus loquendi minimus vocabitur ad religionis obſer/
uanciam. vel ad debellandum artem. que cum nullus minimus
facere poſſit. nullus ad hoc minimus vocatur. Alio mō ſm Gre.
regnum celorum preſentis tp̄is eccleſia dicit̄ in qua doctor q̇ mā/
datum ſoluit et docet minimus vocatur hominū r̄putatione q2
cuius vita deſpicitur. reſtat vt eius predicatio contemnat̄. terciō
modo ſm Hiero. in ep̄la ad Paulinū regnum celorum eſt ſacre
ſcripture ſtudium. in quo minime proficit. qui mandata xp̄i ſol/
uit et illud ſic docet. ſcd̄o ponitur premium veri doctoris: q̇ au-
tem fecerit ⁊ docuerit: non dicit ꝙ faciat magna vel pua ſicut ſu
peri9 dixit. q̇ ſoluerit vnū minimū. qm̄ ad hoc vt aliquis ſit minim9
ſufficit etiam minima ſoluere. ſed ad hoc vt magnus ſit. opor-
tet omnia ſeruare. ideo indiſtincte dixit. qui fecerit et docuerit et
parua et magna: hic magnus vocabitur in regno celorum P
Vocatur quilibet fidelis in regno celorum dūmodo faciat legiſ
precepta. ſed magnus ibi non vocatur. niſi etiam faciat que do-
cet Nota quia beatus auguſtinus eo ꝙ fecit et docuit legis pre/
cepta magnus quidem fuit in triplici regno primo quidē mag
nus fuit in ɔgregatione fideliū quadruplici magnitudine ſciliꝫ
claritatis ſciencie. auctoritate doctrine. honeſtate vite. oſtenſione

exempli· magnitudo quidē ſcientie tanta fuit: vt nihil videat̄
ipſi9 ſacre ſcripture ignoraſſe. vñ Voluſian9 ep̄la.2.vt cuiq3 abſ
q3 detrimento diuini cult9 in aliis doctoribus tollerat̄ inſcicia:
attñ ab antiſtite Auguſtino videt̄ legi de eſſe quicq̄d contigerit
ignorari· vnde legis oraculū eū audax appellat. Item ē in eccle
ſia auctoritate doctrine. cuius eſt hodie tanta auctoitas· vt nihil
ſit in diuinis ſcriptis ſolidū· quod non eius auctoritate ꝯfirma
tu3 ꝑpter qđ Hiero· aug° ep̄la.26· mihi decretum eſt te amare
ſuſcipe colere mirari · tuaq3 dicta quaſi mea defendere. Itē mag=
nus fuit in eccleſia honeſtate vite ꝑpter quod gradū ep̄alis dig
nitatis meruit in eccleſia· vñ Pauli· ad eund ep̄la.27· te l3 iu=
uene3 ad maturitatem meriti ſenioꝝ honore ꝓuexit cana prudē
cia· Magnus fuit exemplis. fuit eñ vt de ſeipſo dicit ſpectacu=
lū angelis deo et hominib9· ꝑpter qđ magne fuit reuerentie: et
opinionis in populo· vñ Bonifa· comes aug°· ep̄la·133. ſuſce=
pit inquit tremens verba ſanctitatis tue vberib9 plena· ſcio ta
men q͛ venie ꝑparat̄. qui ab aug° p̄fectiſſimo doctore corripitur
Scđo beat9 auguſti· magnus fuit in regno ſtudii ſacre ſcripture
cōprehendit eñ longitudinē· latitudinē· ſublimitatē· et ipſi9 ꝓ
fundum vt dicit̄ Ephe.3· magn9 namq3 fuit ꝓfunditate perſcru
tationis. aſſidua queq3 occulta inueſtigando· ꝓfunditatis archa
num ſacre trinitatis. q̄tum poſſibile eſt homi in preſenti vita ip
ſe cōprehendit. quod manifeſtat liber ipſius de trinitate· ꝓfundi
tatem predeſtinationis li· de p̄deſtinatione ſanctoꝝ ꝓfunditate3
productionis reꝝ naturaliū ſup Geñ· ad lr̄am· et abiſſum veri=
tatis ipſe penetrauit· erat eni3 plenus ſpū dei. q̄ vt dicit̄·1. Co
rin· 2 oīa ꝑſcrutatur etiā ꝓfunda dei· 12· ꝯfeſ.14· mira profundi
tas deus meus eloquioꝝ tuorum· horror eſt in eā intendere. hor
ror honoris et tremor amoris· Item fuit magnus latitudine ca=
ritatis ad quā ſacra tendit ſcriptura. amor ei ipi9 adeo iāpiens
ſic dilatatus eſt· vt vſq3 ad inimicos ꝑueniret· 3· ꝯfeſ.6. tu es a
mor meus dñe in quē deficio vt fortis ſim· ⁊ donatiſtis qui mor
tē ſibi ꝯminebat̄ ſcribit ep̄la· ꝯteſiādecima· caritas xp̄i ꝯpellit noſ
ne moream9· ſed vos lucrari volum9 deo nr̄o. lic3 nos odiatis et
mādaueritis nos occidi· Item magn9 fuit ꝯtemplationis ſubli=
mitate· qđ eſt in p̄nti p̄miu3 ſtudii ſacre ſcṗture· totus eñ inhe=
rebat abſtractus ipſi diuinitati· 13· ꝯfeſ.8· currit vita mea in am
plex9 tuos· ne auertat̄ donec abſcondat̄ in abſcōdito vult9 tui
quia male mihi eſt pret te· omnis eñ copia que de9 meus nō ē
egeſtas mihi eſt· et 12· li·10. ecce dñe redeo ad te eſtuans ⁊ āhe=
lans ad fontē tuū· nemo me ꝓhibeat hūc bibā. ⁊ tūc viuā. in te

em̄ reuiuiſco dn̄e· tu me alloquere· tu mihi ſermocinaē. ⁊ aliqn̄
īpetu iſti9 ꝯtēplationis ſic extr̄ ſe rapiebat· vt q̄ſi extra vitā p̄=
ſentē eſſet. vn̄ 10· ꝯfeſ· 41· aliqn̄ intromittis me dn̄e in affectum
multū inuſitatū introrſus ad neſcio· quā dulcedinē: q̄ ſi pficiat
in me neſcio q̇d erit ſcio qꝫ vita iſta nō erit· Itē fuit magn9 lon
gitudine deſiderioꝝ tendentium ad eternam vitā. ad quā tota
ſacra ſcriptura incitat· ipſe em̄ ex intimis cordis medull' ad eaꝫ
tendebat dicens. 11· li· 31· nō diſtent9 ſꝫ intentus. nō ſm̄ diſtenſi
onem ſed ſm̄ intentionē ſequor ad palmā ſupne vocatiōis. vbi
audiaꝫ vocem laudis tue. et contempler delectationē tuā ꝓpter
quod intimo deſiderio clamabat· 12· li· 15· o domus lūinoſa: et
ſpacioſa. dilexi decorem tuū· et locū habitacōnis glorie dn̄i mei
fabricatoris et poſſeſſoris tui· tibi ſuſpirat pegrinatio mea· Ter
tio beat9 aug9· magnus eſt in regno celoꝝ vite eterne excellit
em̄ ceteros doctores in cognitione glorioſa trinitatis in ardenti
caritate. in fruitione felici· in corona ſingulais glorie. que docto
ribus datur fabricata lapidib9 precioſis. ad quod probandum
ſufficiat adducere q̇d inuenit in principio quorundā libroꝝ mora
liū beati Gre· vbi legit̄ ꝙ rex quidā hiſpanie miſit romā mgr̄m
quendā ꝑ moralib9 beati Gre· habendis· qui liber apud quen
q̄ꝫ repertus nō ē· dolens igit̄ ipſe nuncius. ꝙ tam p̄cioſū op9 eſſꝫ
ꝑditum· orationib9 ſe dedit ꝑnoctans in eccleſia bea. Pe· nocte
vero q̄dā n̄ media dormiēs· ſed vigilās vidit ſāctoꝝ multitu
dinem ꝓcedentium· qui oēs ante altare bea· Pet̄ ſe īclinabant.
ipſe vero omnes cognoſcebat. et ecce chorus pontificū ⁊ ꝯfeſſo
rum venit. vbi beatū cognouit Gre. qui ad eū veniens: ecce in
quit ibi in archiuo illo eſt liber quē queris· ⁊ gaudens ipſe nū
tius. eya inquit domine miratus ſuꝫ ꝙ beatū Aug. nō vidi vo
biſcū· nā doctrinis ec̄ eius multū delector at ille venerabilis do=
ctor vt moris eius fuerat placida humilitate reſpōdit· vir ille
excellentiſſim9 aug· non eſt hic nobiſcū. quē altior ꝯtinet locus

Dominica duodecima p9 penthecoſt. ſer monis lxiii.

Beate oculi q̇ vident que vos videtis ⁊c· Lu· 10·
Prima ps huius euangelii legit̄ Mat· 13· Aug·
13. de trinitate· 41· Miꝝ eſt inquit cum omniū
hominū vna ſit voluntas cōpeſcende beatitudi
nis vnde tanta de ipſa beatitudine exiſtat diū
ſitas. vt aliqui beatos ſe putent· cum fruunt̄ corpoꝝ voluptati=
b9· aliq̄ cū habūdāt diuiciis· q̇dā dū hōrib9 cumulant̄· alii cum
exaltant̄ p̄ncipatib9· q̇d iō ꝯtingit vt ipe dicit· qꝫ liꝫ oēs bt̄aꝫ